

Beatus ergo pauper, quasi Christi discipulus qui p nobis paupertatem sustinuit. nam ipse Dns quodlibet opus impleuit. quod ad beatitudinem ducit se prebens exemplar discipulis. EVSEB. Sed cum celeste regnum in multis gradibus bonorum confideret. primus gradus scandentium est eorum, qui diuino intuitu colunt paupertatem, tales autem fecit eos qui primo facti sunt eius discipuli. Ob hoc in eorum persona dicitur: Quia vestrum est regnum Dei, quasi demonstratiue hoc profertens ad presentes ad quos etiam oculos eleuauit. CHRYS. Postquam igitur mandauit paupertate colere, ea que consequuntur inopiam coronat honoribus. Contingit autem paupertatem colentes necessariorum incurere defectum, & vix acquirere victum, iccirco non sinit discipulos pusillanimes super hoc fieri dicentes. Beati qui nunc esuritis. BEDA. i. beati qui castigatis corpus vestrum, & seruituti subiicitis qui in fame & siti verbo operam datis, quia celestium tunc gaudiorum habebitis vbertate perfui. GRE. Nissenus: Altius autem, sicut em sensibilem escam diuertitur participantium appetitus ad comestibilem speciem, sic & in cibo anime, ab his quidem opinabile, ab his autem appetitur quod naturaliter est bonum. vnde hic em Mattheum beatificatur, qui iustitiam loco cibi & potus reputant, non inquam particularem, sed vniuersalem virtutem quam qui esurit beatificandum dicit. BEDA. Apertissime nos instruens nunquam nos satis iustos estimare debere: sed quotidianum iustitiam semper amare profectum, ad cuius perfectam saturitatem non in hoc seculo: sed in futuro possumus peruenire. Psalmista ostendit dicens: Satiabor cum manifestabitur gloria tua. vnde sequitur: Quia saturabimini. GRE. Nissenus. Auidius. i. iustitiam desideratorum copiam spondet. Nihil enim eorum que secundum voluntatem in vita queruntur fatiat inquirentes. Solum autem virtutis studium subsequitur primum quod inefficacis gaudium inferit anime. CYRILL. Consequitur autem inopiam non solum defectus rerum ad delectationes faciendum, sed etiam depressus vultus propter mesitiam, vnde sequitur: Beati qui nunc fletis. Beati fientes non eos qui simpliciter ab oculis lachrymas emittunt. Commune enim hoc tam fidelibus quam infidelibus liquid tristitiam accidat. Magis autem illos beatos asserit, qui leuem vitam & implicitam carnalibus voluptatibus deditam vitam, resutantes delicias, & pene lachrymantes propter odium mundanorum. CHRYS. Magnam quid vero secundum Deum tristitia est, & imperat ei peniam in salutem. vnde Paulus cum non haberet suos defectus fletu, pro alienis lugebat. talis luctus est asperitatis materia. vnde sequitur: Quia ridebitis. Etenim si nihil profumus his pro quibus flemus: tamen proficiamus nobis fletibus. Nam qui sic aliena desinet, multo magis non preteribit inebrietur sua delicta. Magis autem nec facile labetur in scelus, non dissoluamur in hac breui vita, ne suspiremus in infinita. Non queramus delicias a quibus manat luctus & dolor nimis: sed tristitemur tristitia que germinat veniam. Est etiam dominum sepius reperire lugentem, videntem nequaquam. BASI. Promittit autem fletibus risum, non quidem emissum per mandibulas sonum, sed meram & impermixtam euilibet tristitia alacritatem. BEDA. Qui ergo propter diuitias hereditarias Christi propter pane vite eterne, propter spem celestium gaudiorum, fletus, esuriam, paupertatemque pati desiderat, beatus est. Multo autem beatorum qui has virtutes inter aduersa seruate non trepidat. vnde sequitur: Beati erit cum vos odes homines. Licet enim homines odiant corde nephando, dilectum eorum Christo ledere nequeunt. Sequitur: Et cum separa vos. Iteparent & a Synagoga expellant, Christus inueniet & confirmat. Sequitur: Et exprobrauerint, exprobrent nomen crucifixi. Ipse commortuos sibi correxerit, & confedere facit in celestibus. Sequitur: Et eiecerit. nomen vestrum tanquam malum propter filium hominis. Gaudete in illa die, & exultate. ecce enim merces vestra multa est in celo. Secundum hac enim faciebant Prophetis patres eorum.

intentionem, sicut magnum est celum & magna est terra, aliquando vero ad aliquid habet relationem, ut magnus equus & bos in comparatione similibus, sic arbitror multam fore mercedem repositam patientibus opprobria propter Christum, non tanquam comparatam ad ea que penes nos sunt, sed in se multam existentem, & tanquam a Deo donata. DAM. Illa etiam que mensurari vel numerari possunt, terminate in geruntur. quod autem ex quadam excellentia omnem transcendent mensuram, & numerum, indeterminate dicitur magnum & multum: puta quando dicimus multam esse Dei misericordiam. EVSEB. Deinde munus discipulos ad pugnam aduersariorum quam passuri erant per totum orbem predicantes subdit: Secundum hac enim faciebant Prophetis patres eorum. AMBRO. Quia Prophetas Iudei vsque ad mortem corporis persecuti sunt. BEDA. Quia vera dicentes solent persecutionem pati, nec tamen ideo Prophetas antiqui timore persecutionis a veritatis predicatione desecerunt. EVSEB. Hoc autem dicebat munus discipulos ad pugnam aduersariorum predicantes per totum orbem. AMBRO. In hoc ergo quod dicitur: Beati pauperes, habes temperantiam que te a peccato abstinet, seculum calcas, illecebrata non queris. Beati qui esuritis, habes iustitiam, qui enim esurit, esurienti compatiuntur, compatiendo largitur, largiendo fit iustus, quia iustitia eius manet in eternum. Beati qui nunc fletis, habes prudentiam, cuius est fere quotidiana, & ea que eterna sunt querere. Beati eritis cum vos odes homines, habes fortitudinem, sed eam que non odium meretur ex crimine, sed perfectionem patitur ex fide. Sic enim ad passionis peruenitur coronam, si gratiam hominum negligas, diuinam se queris. ergo temperantia cordis habet munditiam, iustitia misericordiam, pacem prudentiam, mansuetudinem fortitudinem. Connece sibi sunt & concatenare virtutes, ut qui vnam habet, plures habere videatur, & sanctis vna competat virtus: sed eius que fuerit vberior, vberius est primum. Quanta hospitalitas in Abrahamo quanta humilitas? sed quia fide preestitit, fidei pre ceteris meruit principatum. Ergo vnicuique plura premia, quia plurima incentiua virtutum: sed quo in aliquo merito copiosius, hoc etiam in premio redundanti.

CYRILL. Predicatio, quod paupertas pro Deo est sit cuiuslibet boni, & quod esurire & flere non vacabit mercede seruiri, transferet sermone ad opposita, & inuitit ipsa damnationis & supplicij fore materia. vnde dicitur: Veritatem, vobis diuitibus qui habetis, vestram. CYRILL. Hec enim dicitur, semper in scripturis dicitur, qui non possunt euadere a futuro supplicio. AMBRO. Licet autem pecuniarijs copijs multa sunt lenocinia delictorum, pleraque sunt incentiua virtutum, quod virtus subditi non requiritur, & commendatior sit collatio pauperis, quam diuitis liberalitas, in eos qui habent diuitias: sed eos qui vti his nesciunt: sicut celestis autoritate condonat. Nam ut ille pauper laudabilior est qui pro largitur affectu, ita criminiosior diues est, qui de eo referre gratiam Deo debuit quod accepit, nec censum ad commune vnum datum sine vtu abscondere. Non census igitur, sed affectus in crimine est. Et quamquam nulla pena grauior sit quam successorum profutura compendij anxio timore seruare, tamen qui auaritia desideria congerendi quadam voluptate pacentur, qui consolationem vite presentis habuerunt remunerationem perpetua perdidit. Postumus tamen hic diuitem intelligere populum Iudeorum, vel Hæreticos vel certe Phariseos, quod vbertate verborum & quod ambitiose facundie patrimonio delectati, simplicitate vere fidei supergressi thesauros inutiles condiderunt. Sequitur: Vbi vos qui saturi estis, quia esuritis. BEDA. Diues ille purpuratus saturabatur, epulans quotidie splendide: sed diru vel sustinebat esurientem, qui de Lazari quem desuperat digito guttam aquae querebat. BASI. Quod autem necessaria sit abstinentia non palam est ex eo quod Aplos eam inter fructus spiritus enumerauit. Subiecto, n. corporis per nihil aliud sic obtinet, sicut per abstinentiam, quia sicut quodam freno docet compescere inuenturis feruorem. Est igitur abstinentia interceptio criminis, amorio passionum, vite spiritualis initiatio, obtundens in se illecebrarum aculeum. Ne autem coincidentia fiat cum inimicis Dei, decet accipi quodlibet cum exigat tempus, ad ostendendum quod mundis oia munda. Procedendo quidem ad necessaria vita, abstinentiam autem omnino ab his que facti sunt ad voluptatem. Attamen nec eadem horam sibi cuiuslibet sancte possibile, nec modum nec mensuram. Sit aut communis intentio non expectare repletionem. Replere naque ventris, ipsum quoque corpore

intuitu facit erga proprias operationes, somnolentum & ad noua menta dispositum. BEDA. aliter. Si beati sunt illi qui iustitiam semper esuriant opera, infelices econtra, estimandi sunt, qui sibi in desiderijs placentes nullam veri boni famem patiuntur. Sequitur: Vbi vos qui ride, nunc, quia luge, & fletis. BASI. Cum Dns ridentes nunc arguat, palam est quod nunquam erit fidelis tempus risus, & precipue in tanta multitudine eorum, qui in peccato moriuntur, pro quibus oportet lugere: superfluum autem risus est immodestantie signum & effrenis anime motus, sed vsque ad vultus inuenditatem exprimere passionem anime non dedecet. CHRYS. Dic autem mihi cur concuteris & desuis qui debes assilire terribili iudicio, & ponere rationem de oibus sic operaris? BEDA. Quia vero ipsa peccata nutrix adlacio, sicut oleum flammis, sic in culpa ardentibus solita est miserrare fomentum, subdit: Vbi vos qui ride, nunc, quia luge, & fletis. CHRYSO. Non autem contrarium est quod hic dicitur ei quod alibi Dominus dicit: Luceat lux vestra coram hominibus, ut si manifestem bene agere ad gloriam Dei non ad propriam. Perniciosum n. quid est inanis gloria, & inde sumit ortum iniquitas atque desperatio, & mater malorum auaritia. quod si viam queris dirigendi ab hoc, dirigas aspectum semper ad Deum, & esto contentus ea que apud eum est gloria. nam si in qualibet facultate doctores eligere oportet in arbitros, quomodo virtutis experimentum pluribus credis? non autem illi qui pre omnibus eam nouit & dare & coronare potest, a quo fit gloriam cupis, vita laude humanam. De nullo. n. alio magis confueimus admirari quam de respicere gloriam, quod si nos multo magis Dominus omnium. Deinde illud confides, quod hominum gloria celeriter deficit, quod per cursum temporis obliuioni traduntur. Sequitur: Secundum hac facie. Prophe. pa. eorum. BEDA. Pseudopropheta signi ficantur, eo quod ad captandum vulgi fauorem futura preloqui conentur. Itaque Dns in monte beatitudines solummodo proborum, in campo vero etiam vbi describit reproborum, quia rudes adhuc audites necesse est terroribus ad bona compelli, perfectos autem facit premissis inuitari. AMBRO. Et accendit quod Martheus premissis ad virtutem & fidem populos prouocauit, hic autem etiam a criminibus atque peccatis futurorum suppliciorum denuntiatione deterruit.

g BEDA. Quia dixerat supra quid ab inimicis pati possent, nunc qualiter cum eisdem inimicis agere debeant ostendit dicens. Sed vos di. qui auditis. AMBRO. Non ociose plurimum factorum celestium enumeratione progressus, ad hunc locum ferri venit, ut populus diuini miraculis roboratus ultra legis tramitem virtutum vestigijs progredi edoceret. Denique inter tria maxima, scilicet, fidem, & charitatem, maior est charitas que ordinatur, cum dicitur: Diligite inuicem. BASI. Inimici quidem proprium est obesse & infidari. Omnis igitur qui qualitercumque nocet alicui, dicitur inimicus. CYRILL. Conueniens autem erat huiusmodi conuersatio doctoribus sanctis qui predicaturi erant vbi que terrarum salutarem sermonem, quos si contingeret velle recipere de persecutibus vindictam omisissent eos ad cognitionem veritatis vocare. CHRYS. Non autem dicit: Ne odio habeas, sed Diligas. neque simpliciter mandauit diligere: sed etiam benefacere. vnde sequitur: Benefa. his qui odes vos. BASI. Verum, quia homo ex corpore consistit & anima, secundum animam quidem beneficiamus huiusmodi arguentes & commones tes eos, & omnino ad conuersionem manucentes, em corpus autem benefacimus eis in necessarijs victui. Sequitur: Benefacite maledicentibus vobis. CHRYS. Qui n. percutiunt proprias animas, digni sunt lachrymis, & fletibus non maledictionibus. Nihil enim delectabilis est anima maledicta, nec immundus lingua que maledictiones offert. Homo es, aspidum venena non euomas, nec ver taris in beluam. Est tibi datum os, non ver mordeas, sed ver aliorum vulnera sanes. Inimicos autem mandauit nobis annumerare gradui amicorum. non quoruscumque, sed precipuorum pro quibus orare solemus. vnde sequitur: Orate pro persecutibus vos. Ple- rique autem econtra procidentibus, & fronte super terram percussis, & manus expadentes, non suis criminibus orant Deum, sed aduersus inimicos, quod nihil aliud est quam seipsum transfodere. Cum qui prohibuit contra inimicos orare prearis vt de maledicentibus inimicis exaudiat, quo possibile est audiri qui prouocatus exaudiri- rum verberando inimicum cora rege, & si non manibus verbis th. Quid facis hominibus vt venia impetres peccatorum, & imple os amaritudine. Mitigationum est tps orationis & gemitus, non furoris.

SECVNDVM LVCAM

SECVNDVM LVCAM

SECVNDVM LVCAM

SECVNDVM LVCAM

SECVNDVM LVCAM

SECVNDVM LVCAM

SECVNDVM LVCAM

SECVNDVM LVCAM

intuitu facit erga proprias operationes, somnolentum & ad noua menta dispositum. BEDA. aliter. Si beati sunt illi qui iustitiam semper esuriant opera, infelices econtra, estimandi sunt, qui sibi in desiderijs placentes nullam veri boni famem patiuntur. Sequitur: Vbi vos qui ride, nunc, quia luge, & fletis. BASI. Cum Dns ridentes nunc arguat, palam est quod nunquam erit fidelis tempus risus, & precipue in tanta multitudine eorum, qui in peccato moriuntur, pro quibus oportet lugere: superfluum autem risus est immodestantie signum & effrenis anime motus, sed vsque ad vultus inuenditatem exprimere passionem anime non dedecet. CHRYS. Dic autem mihi cur concuteris & desuis qui debes assilire terribili iudicio, & ponere rationem de oibus sic operaris? BEDA. Quia vero ipsa peccata nutrix adlacio, sicut oleum flammis, sic in culpa ardentibus solita est miserrare fomentum, subdit: Vbi vos qui ride, nunc, quia luge, & fletis. CHRYSO. Non autem contrarium est quod hic dicitur ei quod alibi Dominus dicit: Luceat lux vestra coram hominibus, ut si manifestem bene agere ad gloriam Dei non ad propriam. Perniciosum n. quid est inanis gloria, & inde sumit ortum iniquitas atque desperatio, & mater malorum auaritia. quod si viam queris dirigendi ab hoc, dirigas aspectum semper ad Deum, & esto contentus ea que apud eum est gloria. nam si in qualibet facultate doctores eligere oportet in arbitros, quomodo virtutis experimentum pluribus credis? non autem illi qui pre omnibus eam nouit & dare & coronare potest, a quo fit gloriam cupis, vita laude humanam. De nullo. n. alio magis confueimus admirari quam de respicere gloriam, quod si nos multo magis Dominus omnium. Deinde illud confides, quod hominum gloria celeriter deficit, quod per cursum temporis obliuioni traduntur. Sequitur: Secundum hac facie. Prophe. pa. eorum. BEDA. Pseudopropheta signi ficantur, eo quod ad captandum vulgi fauorem futura preloqui conentur. Itaque Dns in monte beatitudines solummodo proborum, in campo vero etiam vbi describit reproborum, quia rudes adhuc audites necesse est terroribus ad bona compelli, perfectos autem facit premissis inuitari. AMBRO. Et accendit quod Martheus premissis ad virtutem & fidem populos prouocauit, hic autem etiam a criminibus atque peccatis futurorum suppliciorum denuntiatione deterruit.

SECVNDVM LVCAM

SECVNDVM LVCAM

SECVNDVM LVCAM

SECVNDVM LVCAM

SECVNDVM LVCAM

SECVNDVM LVCAM

SECVNDVM LVCAM

SECVNDVM LVCAM

SECVNDVM LVCAM

SECVNDVM LVCAM

SECVNDVM LVCAM

SECVNDVM LVCAM

SECVNDVM LVCAM

SECVNDVM LVCAM

SECVNDVM LVCAM

SECVNDVM LVCAM

SECVNDVM LVCAM

SECVNDVM LVCAM

SECVNDVM LVCAM

SECVNDVM LVCAM

SECVNDVM LVCAM

SECVNDVM LVCAM

Lib. 1. c. 40.

Lib. 1. c. 26.



Ut sitis homines, diligite bestias, esset mandatum difficile. si vero homines diligere iustit, ad quod naturalis monitio est, quam difficultatem res continet, quam Leones & Lupi feruant: in quibus naturalis cognatio amicitiam cogit? Offendit igitur, quod Christus nihil statuit nostram transcendens naturam, sed quod dudum inseruit conscientie nostrae, docet: ut propria voluntas pro lege sit tibi, ut si vis bene tibi, bene facias alij, si vis ut alius tui miseretur, proximi miserere.

h ¶ CHRYSO. Dixerat dominus diligendos esse inimicos, ne autem putares hyperbolice esse dictum, adhibens solium ad terrorem eis dicit, adicit rationem dicens: Et si diligitis eos qui vos diligunt, qui vobis est gratia? plures quidem causae sunt, quae dilectiones conseruunt. Dilectio vero spiritualis vniuersas praecellit. nihil enim terrenum eam parit, non utilitas, non beneficium, non natura, non tempus, sed de caelo descendit. Quid autem miraris si non indiget beneficio ut consistat, quando nec ex casu malorum peruerterit, pater quidem passus iniurias, rumpit foedus amoris, coniunx post iurgia virum relinquit. filius si longeuum videat patrem, grauatur, at Paulus ibat ad lapidantes, benefacturus eis Moyse lapidatur a Iudaeis, & orat pro eis. Veneremur itaque spirituales amicitias, quia sunt insolubiles. vnde arguens volentes plures, subdit: Nam & peccatores diligentes se diligunt, quasi dicat. Quia volo vos his amplius aliquid possidere, non moneo solis amicos diligere, sed etiam inimicos. Benefactis enim beneficiis communi ne est omnibus. Offendit autem se parum plus petere quam sit moris peccatorum qui beneficiis amicis, vnde sequitur: Et si benefactis, his qui vobis benefacti sunt, quae vobis est gratia? si quidem & peccatores hoc faciunt. B E D A. Non solum autem dilectionem vel beneficium peccatorum quasi instructuam redarguit, sed etiam mutuum. vnde sequitur: Et si mutuum dederitis his a quibus speratis recipere, quae gratia est vobis? Nam & peccatores peccatoribus saenerantur, id est mutuam quae recipiant aequalia. A M B R O S I V S. In tres autem partes Philosophia, sibi videtur diuisisse iustitiam: vnam in Deum quae pietas vocatur, alteram in parentes vel reliquum genus humanum, tertiam in mortuos vel his exequiarum iura soluantur. at Dominus legis oraculum ac Prophetiae fastidium supergressus in eos quoque qui laeserunt, pietatis correxit officium, cum subdit: Veruntamen diligite inimicos vestros. CHRYSO. In quo plus tibi quam illi conferes, ille enim diligitur a conferuo, tu vero efficiaris similis Deo. est autem maxima virtus quando nocere volentes beneficiis complectimur, vnde subditur: Et benefactis. sicut enim fornacem succensam aqua proiecta extinguit, sic iram ratio cum lenitate. quod enim est aqua igni, hoc est ira humilitas, & mansuetudo. E: sicut non extinguitur ignis per ignem, sic nec ira per iram mitigatur. G R E G O R. Nissenus: Deber autem homo vitare damnosam solitudinem, ne querat ab inope diuitiarum augmenta eius & auri metallorum sterilitatem exigens fructum. vnde subdit: Et mutuum date nihil inde sperantes. Malignam fenorum exco-gitationem si quis appellet furtum & homicidium, non peccabit. nam quid refert suffosso pariete quemquam erepta possidere, ac fenorum necessitate possidere illicita. B A S I L I V S. Talis autem auaritia species, Graece τὸνος, id est partus, Latine foetus, quasi foetus propter mali fecunditatem, vt arbitror, appellatur. Aut fortasse partus dicitur propter partus dolores, quos animis eorum, qui mutuo ad vsuram acceperunt, inducere solet. Animalia temporis progressu nascuntur, adolefcunt, & pariunt; At foetus statim cum oritur parere incipit. Animalia quae citius pariunt, citius parere cessant: Sed auarorum pecunia, simul cum omni tempore adaugetur. Animalia vbi parendi vim ad sobolem suam transferunt, ipsa parere cessant. At foeneratorum pecunia & nonas pariunt, & veteres renouant. Nullus itaque mortiferam hanc bestiam atteret. Sed magna, inquit, o pauper, necessitas & vtilitas est, ut mutuum sumam. Et quenam haec est vtilitas? Rursum veniet tibi paupertas, & eadem cum accessione necessitas. Meditare iam vnde restituas, vnde tibi pecuniae tantum multiplicabuntur, vt & sufficiant ad vsus neces-

sitatem, & ad restitutionem. Verum ais: Quomodo igitur me enutiam nisi foenus accipiam? Mille sunt vicius parandi solertia, manus habes, labora, serui, tandem mendica omnia tibi tollerabilia sunt, quam pecuniam ad vsuram sumere. Ceterum diues ait: Quale illud est mutuum cui nulla retributionis spes adiuncta est? Considera vim dicti, & legislatoris admiraberis humanitatem. Cum pauperi dare voles propter Dominum, idem & donum est, & mutuum quoniam non speras retributionem, mutuum vero propter Domini magnificentiam, qui paucis per pauperem acceptis, magna pro ipsis reddet. Vnde sequitur: Vnde sequitur: Et erit merces vestra multa. Non vis vniuersorum Dominum obnoxium tibi ipsi habere ad

perfoluendum? Aut si quis in vrbis diebus promittat se tibi pro alio exoluturum, fidei iussione ipsius accipies, Deum autem pro pauperibus perfoluorem non admittes? CHRYSOSTO. Attende mutui naturam mirabilem, alius reprobis, alius obligat se pro debitis centuplum in presenti reddens, in futuro vero vitam eternam. A M B R O S I V S. Quanta misericordiae merces qui filijs diuinae misericordiae afficitur? Sequitur enim: Et eritis filij altissimi, sequere igitur misericordiam, vt merearis gratiam. late patet benignitas Dei, super ingratos plures, malis foecunda non negat terra proventus. Sequitur: Quia ipse benignus est super ingratos & malos. B E D A. Vel temporalia bona largiendo, vel caelestia dona singulari gratia inspirando. C Y R I L L V S. Magnus est ergo preconium pietatis. reddit enim haec virtus nos Deo conformes, & quasi quaedam signa sublimis naturae nostris imprimi inanimabus. vnde sequitur: Et estote ergo misericordes sicut & pater vester misericors est. A T H A N A S I V S. Vt scilicet, aspicientes beneficentia eius, bona quae facimus non hominum, sed eius intuitu faciamus, quatenus, a Deo non ab hominibus praemia consequamur.

¶ CHRYSOSTO. Addidit Dominus non temere iudicandum, ne cui conscius ipse delicti in alterum cogaris ferre sententiam. vnde dicit: Nolite iudicare. CHRYSOSTO. Non iudices praecedentes te, id est qui discipulus es, magistrum, peccator, innocentem, quos non oportet increpare sed monere, & charitative corrigere. nec etiam iudicandum est in incertis, & qualibuscumque, quae nec similitudinem habent peccati, aut quae non sunt grauius prohibita. C Y R I L L V S. Sedar ergo hic pessimum passionem nostrarum conscientiarum contemptus principum. quamuis enim deceat aliquos se circumspicere & secundum Deum conuersari, hoc non faciunt, sed examinant aut aliena. Esti videant aliquos infirmari, tanquam propriarum passionum oblitri factum hoc detractionis materiam. CHRYSOSTO. Nec facile reperies quemquam neque patremfamilias neque claustralem expertem huius erroris. Sunt autem & haec diabolice tentationis insidiae: na qui seueri discunt aliena: numquam propriorum reatum merebitur veniam, vnde sequitur: Et non iudicabimini. Sicut enim pius & mitis reprimat peccatorum timorem, sic Seuerus & Dirus adicit criminibus proprijs. G R E G O R I V S. Nissenus: Non igitur cum acrimonia praecipitis in seruos sententiam, ne similia patiamini: vocat enim iudicium asperitatem damnationem. vnde sequitur: Nolite condemnare & non condemnabimini. Non enim iudicium cum venia prohibet. B E D A. Breui autem sententia cuncta quae de conuersando cum inimicis mandauerat, comprehendendo concludit dicens: Dimitte & dimitte tibi vobis. Date & dabit vobis. Vbi dimittere nos iniurias & dare beneficia iubet, vt & nobis peccata dimittentur & vita deat aeterna. C Y R I L L V S. Quod autem ampliori manu recompen-sationem accipiemus a Deo qui largifus donat diligentibus eum ostendit subdens: Mensuram bonam & confertam & coagitatam, & superfluentem dabit in sinu vestro. T H E O. quasi dicat. Sicut si farinam sine paritate mensurare velles conferres eam, coagitares, & superflunderes abunde: sic Dominus mensuram magnam, & superfluentem dabit in sinu vestrum.

AVG. De Quarta Euang. Dicit autem: Dabunt, quia per illorum merita quibus vel calicem aquae frigidae in nomine discipuli dederunt, mercedem caelestis recipere merebuntur. Sequitur: Baudem quip. men. qua. men. fue. re. vobis. B A S I L I V S. Quae enim mensura vnusquisque vestrum mensurat in bene operando aut peccando, eadem vel premia vel poenas feret. T H E O. Interrogat autem fortassis aliquis subtilius: Si enim superfluet redditur, quomodo eadem est mensura? Ad quod dicitur: In tanta mensura remerietur vobis, sed in eadem. Qui enim beneficit, bene fiet ei, quod est remerit eadem mensura. Sed superfluentem mensuram dicit, quia milles beneficii ei sic & iudicando. Qui enim iudicat, & deinde iudicatur, accipit eandem mensuram, secundum quod ad plus diiudicabitur, quia sibi similem iudicatur, secundum hoc superfluentem est mensura. C Y R I L L V S. Hoc autem foluit Apostolus dicens: Qui parit seminatur, hoc est modice & modice tenaci, parce & meret, hoc est non copiose, & qui seminatur in benedictionibus in benedictionibus meret, hoc est copiose. Si quis autem non habet si non facit, non delinquit, in eorum quod habet acceptatur non in eo quo caret.

K Dicebat autem illis & similitudinem: Numquid potest caecus caecum ducere? Nonne ambo in foueam cadunt? Non est discipulus supra magistrum: perfectus autem ois erit, si sit sicut magister eius. Quid autem vides festucam in oculo fratris tui, fratrem autem quem in oculo tuo est non confideras? Aut quomodo potes dicere fratri tuo, Frater, sine eiciam festucam de oculo tuo, ipse in oculo tuo trabem non vides? Hypocrita eiciam primum trabem de oculo tuo,

¶ CHRYSOSTO. Addidit Dominus praedictis parabolam valde necessariam, vnde dicitur: Dicebat autem illis & similitudinem. Erant enim eius discipuli futuri mundi Doctores, vnde docebat eos sic re viam conuersationis honestae quasi illustratam mentem habentes diuino fulgore, ne caeci caecos ducerent, & ideo subdit: Numquid potest caecus caecum ducere? Nonne ambo in foueam cadunt? Esti contingat aliquos hoc attingere, vt aequalem virtutem docentium virtute possideant siliant in mensura docentium, & illorum sequantur veligia, vnde sequitur: Non est discipulus supra magistrum, perfectus autem ois erit: scilicet discipulus, si sit sicut magister eius. Vnde & Paulus dicit: Imitatores mei estote sicut & ego Christi, Christo ergo non iudicatis cur tu iudicatis? neque enim venit iudicare mundum, sed misereri. T H E O. Vel aliter: Si tu alium iudicatis, & ipse in eisdem peccatis, nonne assimilaris caeco caecum ducenti? quomodo enim ille a te ducatur ad bonum, cum & tu pecces? Non est enim discipulus supra magistrum. Si igitur tu peccas qui te magistrum, & ductorem putas, vbi erit qui a te disciplinatur & ducitur? Perfectus enim erit discipulus si sit sicut magister eius. B E D A. Vel sensus huius sententiae pendet ex superioribus, vbi danda elemosyna & iniuria dimittenda praecipitur. Si te inquit ira contra violentum, & contra petentem auaritia caecauerit, nisi quid tu mente vitata virtutum eius curare poteris? Si etiam magister Christus, qui quasi Deus potuit suas vlcis iniurias, maluit persecutores patiendos reddere mitiores, eadem necesse est, quod discipuli qui puri homines sunt regulam perfectionis sequantur. AV G. De Quarta Euang. Vel quod dicit: Numquid potest caecus caecum ducere? ideo subiungit, vt non sperarent a lenitibus se accepturos mensuram illam de qua dixit. Dabunt in sinu vestrum, quoniam decimas dabat eis quos caecos dixit, quia Euangelium non tenebant, vt illam remunerationem per discipulos Domini potius plebs inciperet iam sperare quos imitatores suos volens ostendere addidit: Non est discipulus supra magistrum. T H E O P H I L A. Inducit autem Dominus, & aliam parabolam de eodem subdens: Quid autem vides festucam, id est modicum criminis in oculo fratris tui: Trabem autem quam in oculo tuo est, & caecum peccatum tuum maximum non consideras? B E D A. Hoc autem ad superiorem sensum respicit, vbi caecum a caeco duci, id est peccantem a peccatore castigari non posse praemonuit, vnde dicitur: Aut quomodo potes dicere fratri tuo: Frater sine eiciam festucam de oculo tuo, ipse in oculo tuo trabem non vides? C Y R I L L V S. quasi dicat. Qui grauius obnoxius est peccatis que trabem vocat, qualiter damnatum qui pauca vel quandoque nil mali commisit? hoc enim festuca significat. T H E O. Conuenit autem hoc omnibus & maxime doctoribus, qui subditorum cum minima peccata puniant, propria impunita relinquant propter hoc eos Dominus hypocritas vocat, qui ex hoc aliorum peccata iudicant, vt iusti videantur, vnde sequitur: Hypocrita eiciam primum trabem de oculo tuo, & tunc perspicies vt educas festucam de oculo fratris tui.

C Y R I L L V S. Videlicet te ipsum primum mundum offendas a magnis peccatis, consequenter consules proximo modica comitenti. B A S I L I V S. Videtur enim reuera cognitio superfluis grauisimum omnium: neque enim solus oculus exterior videns super se visu non vitatur, sed & ipse noster intellectus cum alienum velocius considerat peccatum, lentus est erga proprium peceptionem defectum.

I ¶ B E D A. Contra hypochritam, quae ceperat Dominus exequitur dicens: Non est enim arbor bona quae facit fructus malos, neque arbor mala faciens fructum bonum: Vnaqueque enim arbor de fructu suo cognoscitur. Neque enim de spinis colligunt ficus, neque de rubo vindemiant vnam. Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bonum, & malus homo, de malo thesauro profert malum. Ex abundantia enim cordis os loquitur. B E D A. n. cordis os loquitur.

se bonum fingat hypochrita, non est bonus qui facit opera mala, est: reprehendat insonem, non ideo malus est qui facit opera bona. T Y T V S. Hoc autem audiens, non sumas inde tibi fauorem inertiae. naturaliter enim arbor mouetur, tu vero libero arbitrio fungeris, & omnis arbor sterilis ad aliquid ordinata est, tu vero factus es ad opera virtutum.

I S I D O R V S. Abbas: Non ergo penitentiam, sed pernitentiam mali excludit: cum enim mala sit non potest fructus bonos producere, in virtutem vero conuersa fructificat. Quod autem est arboribus natura, hoc est nobis affectio. & si ergo arbor mala non potest fructum bonum producere, poterit tamen. CHRYSOSTOMVS. Quamuis autem fructus, cauetur ex arbore: facit tamen notitiam arboris eo quod arboris distinctio per fructum apparet, vnde sequitur: Vnaqueque enim arbor de fructu suo cognoscitur. C Y R I L L V S. Sed & vita morum vnusquisque erit significatiua, neque enim extrinsecis ornamentis & sctis humilitatibus, vere iocunditatis apprehenditur decor, sed & ex his quae aliquis operatur, cuius rei exemplum ponens subdit: Neque enim de spinis colligunt ficus. A M B R O S I V S. In spinis istius mundi ficus illa reperiri non potest, quae fecundis fructibus melior est, bene spes ei resurrectionis aptatur. Vel quia vt legitur: Ficus dederunt grossos suos, quod immaturus & caducus, & inutilis in synagoga fructus ante praecessit, vel quia immatura nostra vita est in corpore, matura in resurrectione. & ideo procul a nobis debemus seculares sollicitudines abdicare quae moriuntur animam, mentemque adurunt, vt maturos fructus culturae diligentis possimus adipisci. hoc ergo ad mundum & resurrectionem, alterum ad animam & corpus refertur cum subditur: Neque de rubo vindemiant vnam. vel quia nemo peccatis fructum acquirat anima sua, quae sicut vna proxima terris corruptitur, in superioribus maturatur, vel quia nemo potest damnationem carnis euadere, nisi quem Christus redemerit, qui sicut vna pependit in ligno. B E D A. Vel spinas & rubum scilicet curas & punitiones, puto esse vitiorum, ficus vero & vnam dulcedinem nouae conuersationis & feruorem dilectionis. non autem de spinis ficus, neque vna de rubo colligitur: quia mens adhuc veteris hominis consuetudine depressa similare potest: sed fructus noui hominis ferax non potest. Sed sciendum, quod sicut ferax palmas sepi inuolutus recumbit, portansque fructum spina non suam visibus seruat humanis, sic dicta vel acta malorum si quando profunt bonis, non hoc ipsi faciunt mali, sed fit de illis Dei consilio. C Y R I L L V S. Postquam autem ostendit, quod ex operibus potest discerni homo bonus & malus: sicut ex fructibus arbor, nunc idem ostendit per aliud signum dicens: Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bonum & malus homo de malo thesauro profert malum. B E D A. Idem est thesaurus cordis quod radix est arboris. Qui ergo in corde thesaurum patientiae perfectique habet amoris, optimos fructus effundens diligit inimicum, & cetera facit quae supra edocuit, at qui thesaurum nequam corde seruat, contraria facit. B A S I L I V S. Verbi etiam condicio cor a quo processit manifestat: euidenter ostendens dispositionem praecordiorum nostrorum, vnde sequitur: Ex abundantia enim cordis os loquitur. C A T E N. aut. S. Thom. V. A. CHRYS.